

- LVI. Domus Austriaca quanquam exempta in puncto fractæ pacis publicæ Camerae iudicio subiecta est.
- LVII. Constitutio fractæ Pacis etiam locum habet, si pacifragus impeditus fuit, quo minus Pacis violationem in effectum producere potuerit.
- LIX. Supplicationi in causâ fractæ Pacis publicæ utiliter inferitur Constitutio Legis. Si quis in tantam. 7. C. unde vi.
- LIX. Accusatio fractæ Pacis transit ad hæredes, imò non.
- LX. Arresta regulariter Jure Civ. & Canonico sunt prohibita.
- LXI. Cautio iudicio sisti & iudicatum solvi in causis Arrestorū etiam ab Illustribus personis & Statibus Imperii præstatur.
- LXII. Captivus ante, quam dimissus fuit è carcere, pro relaxatione juramenti ad effectum agendi agere non potest.
- LXIII. Pactum de non appellando valet.
- XLIV. Contumax appellare potest.
- LXV. Etiam si non in specie ad Camera, sed Cæsarem Instrumentum appellationis dirigatur, tamen recipitur supplicatio in Camera.
- LXVI. Procuratoris negligentia, qui appellationem intermisit, Domino nocet.
- LXVII. Non opus est inhibitione, si à definitiva appelletur.
- LXVIII. Lite jam constitutâ & pendente commissio ad perpetuam rei memoriam peti & decerni potest.
- LXIX. Quarta dilatio per novissimum Imperii Recessum est sublata.
- LXX. Procuratoris mandatum morte Principalis non extinguitur.
- LXXI. Bannum contra Universitatem singulos afficit.
- LXXII. Veniens contra Juramentū defuncti non est perjurus.
- LXXIII. Citatio partis est necessaria, quando quis absolutionem petit à juramento ad effectum agendi.
- LXXIV. Procuratori Fisci ad probandum Reus rationes & Instrumenta edere tenetur.

LXXV.